





















# Gospel for the Dedication of St. Michael the Archangel

Tonus ad líbitum

**D**      Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**                   -n illo témpore: Accessérunt discípu-li ad Jesum, dicéntes: Quis, putas, major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státu-it e-um in médi-o e-órum, et dixit: Amen dico vobis, ni-si convérsi fu-é-ri-tis, et effi-ci-ámini sicut párvu-li, non intrábi-tis in regnum cæló-rum. Quicúmque ergo humi-li-áverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cæló-rum. Et qui suscéperit unum párvulum ta-lem in nómine me-o, me súscipit. Qui autem scanda-lizáverit unum de pusíllis istis, qui




in me credunt, expedit e-i, ut suspendatur mola asinari-a in collo ejus,




et demergatur in profundum maris. Vae mundo a scandalis. Necesse



est enim ut veniant scandala: verumtamen vae homini illi, per quem




scandalum venit. Si autem manus tu-a, vel pes tu-us scandalizat te,




abscide e-um, et proice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debi-



lem, vel claudum, quam du-as manus, vel du-os pedes habentem mitti in




ignem aeternum. Et si oculus tu-us scandalizat te, eru-e e-um, et pro-



ice abs te: bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quam du-os



oculos habentem mitti in gehennam gnis. Videte ne contemnatis unum



ex his pusíllis: dico enim vobis, qui-a Ange-li e-órum in cælis semper



vident fáci-em Patris me-i, qui in cælis est.